



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 19. Professio fidei a Græcis edita pro Latinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

cis harum vocum explanationem postulant, quo nimirum sensu, & utrum eas de æterna ac substantiali processione vel duntaxat de temporali missione intelligerent, tandem post nonnullas contentiones professionem fidei ediderunt, his verbis conceptam.

§. XIX.

Professio fidei a Græcis edita pro Latinis.

Nos Latini asserimus, quod id, quod dicimus Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, non hac mente dicimus, ut excludamus Patrem, ut non sit principium totius Deitatis, Filii scilicet & Spiritus Sancti; aut quod id, quod Spiritus Sanctus procedit a Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo asseramus principia, sive duas spirationes, sed quod unum tantum asserimus esse principium, unicamque spirationem Spiritus Sancti, prout hætenus asseruimus. Nos quoque Græci eodem sensu, eadem anima, eademque mente consentimus & concordamus, & ita profitemur, quod Spiritus Sanctus ex Patre & Filio æternaliter est, & ex utroque tanquam ab uno principio & unica spiratione procedit, & quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio,

Sæcul. XV.
A. C. 1439.

Sæcul. XV. *Filio, ejus Filius a Patre æternaliter habet*
A.C. 1439. *a quo etiam æternaliter genitus est.*

Hæc professio fidei in Græcorum conventu perlecta, a nonnullis approbata, ab aliis rejecta est. Nihilominus illam plurimorum suffragiis acceptatam, ad Summum Pontificem mittere decreverunt, qui diversas adhuc explicationes eidem inferi postulavit. Græcorum consilia rursus in diversas abiire sententias, Besarione Nicæno, & Ruffiæ Archiepiscopo propugnantibus, omnino credi posse, sive ut Latini affirmant, quod Spiritus Sanctus ex Patre & ex Filio procedat, sive ut Græcorum Patres loquuntur, et Patre per Filium, dummodo Spiritum Sanctum a Patre, & Filio tanquam ab uno principio, & ab una sola causa procedere teneatur: hacque via Patrum doctrinam, qui sibi invicem adversari videntur, conciliari, & unionem facili negotio perfici possit. Econtra Marcus Ephesus, Patriarcha Heracleensis, pluresque alii sententiæ unionis omnino reluctati sunt, dicentes, inter ista duo: *Spiritus Sanctus procedit a Patre per Filium, & Spiritus Sanctus procedit ex Patre & ex Filio*, ingens discrimen intercedere.